

tiarius rogitu & impetratione d. scholasticus comparuit & extraxit a quodam mercatore Salmatino, & eas dicitur licentiatu dedit dicto scholari ad suum proprium usum & necessitate, facto credito & securitate d. mercatori per ipsum licentiatum, quia d. scholari fuerit subtrahti nocte hefterna sui vestitus, quos antea habebat a domo sua, & egebat alijs, vt posset exire ad audiendas lectiones & studendum, ad quam rem erat missus per suum curatorem, & commedatus dicto licentiatu, qui quidem licentiatu soluit pretium pannorum mercatori adueniente tempore solutionis, & ideo id petiit a d. minore scholastico & eius curatore, qui quidem se defendebant ex d. prag. posita inposita in d. l. 22. quia dictus curator non praestitit licentiam, auctoritatem nec consensum ad preed. vestitus & pannos extrahendos, ipse vero licentiatu allegauit, illos fuisse necessarios illi scholari, propter praedict. casum fortuitum furti sibi contingentem, & quod illis egebat attenda qualitate suae personae, quia erat nobilis, & quia similibus vestibus semper usus fuit, & ibat cum eis ad lectiones & studendum, & sic factus locupletior, & de suo patrimonio expendit tantumdem, lud ex Salmatino prorulit sententiam in favorem d. licentiatu, qua condemnauit dictum scholare & eius curatorem ad solutionem dictorum duarum in vestibus. & in pecuniis mutuo datis ipsi scholari ad se alendum consumtis cum expensis processus: a qua sententia fuit appellatum pro parte dicti minoris & eius curatoris. & in hac seunda instantia ipse sui aduocatus dicit licentiatu, & in ipsius fauorem allegauit sequentia, informando verbo & scripto iudicem.

Primo, suprad. limitationem Petri Duenn secundo d. l. sed Iulianus, §. prouide. ff. ad Maced. & ibi gl. & Bart. & gl. etiam in l. Macedoni. verb. non recusaret, C. eodem tit. & d. l. 6. tit. 2. par. 5. in versi. Otro si dezimos.

80 Quae iurati in hoc casu non corriguntur per d. l. 4. Nova Recopil. quia loquuntur eo tantum casu, quo illud, quod mutuatur vel creditur scholari, est superfluum, vltra id, quod indiget ad suum studium, vt asseritur in verbis petitionis 6. anni 42. quibus fundatur responsio posita in d. l. 4.

81 Quia in iure responsio debet intelligi iuxta interrogationem, vt in l. Titia, §. idem respond. ff. de verb. oblig. & in l. si ff. de hered. instit. & plurima in fauorem huius Brocardici, quae conducit in proposito, congerit nominissime Mexia Ponce, in l. Regia Tolera de los terminos, 2. fundamento per rot. 2. partis: Ex quibus praecipua sunt, quod causa seu ratio proemialis est finalis, & ideo multum operatur, cum mens & disponentium voluntas ex proemio maxime colligatur: item, quod ex statuti praefatione dispositio costringitur, extenditur & declaratur, & quod statutum seu rescriptum informatur & declaratur ab his, quae in precibus continentur, ad quas rescriptum seu statutum refertur, vt in l. si defensor, §. qui interrog. ff. de interrog. act. & in c. inter dilecti, §. ceterum, ibi, ex forma petit. vnde gloss. de fid. instrum. plurima etiam cumulat in propositum quae sunt videnda decis. Pedemont. 59. nu. 5. & sequent. & ita quando scholari mutuatur vel creditur, non quidem superfluum, sed quod vere indiget, iam casus iste differens est a casu dictae l. & debet solui, quandoquidem sit bona, & scholasticus est factus locupletior cum illo: & in terminis dict. pragmaticae, attenda eius proemio, ita tenet licet sub dubio Gregorius Lopez in d. l. l. 6. tit. 1. part. 5. in gloss. e. aun demas. ad fin. & eodem modo respondetur ad dict. pragmaticam 78. relata in d. l. l. 22. Nova Recopilationis Regiae, scilicet, quod loquatur tantum, En caso que los hijos familias, y menores tomam cosas para hazer moharras, de vender las tales merca-

duras que toman cosas, mas bavato de lo que les cuesta de que viene gran danno a la Republica, y a los hijos familias, y menores, y estudiastes: por que el dinero que sacan de las tales mercadurias que compran por excessivos precios, lo conuieren en inuegos, y en otras malos usos, lo qual es causa de que se hagan viciosos. Et quod hoc casu loquatur illa lex, constat ex petitione, cui respondetur, & responsio debet intelligi iuxta interrogationem, vt supra dictum est, quo quidem casu iustissime id disponitur: At in nostro casu cessant omnia supradicta, quia bona fide fuit creditum scholari in suam propriam utilitatem & necessitate, & ex eo fuit factus locupletior: Vnde cessante ratione cessare debet & eius dispositio, vt in l. quod dictum, cum similib. ff. de paci. & in c. cum cessante, de appell. & ita loquendo in his terminis, tenet & intelligit d. l. c. 78. quae hodie est l. 22. d. tit. 8. lib. noui Ordinis. Doctor Didac. Perez in l. tit. 8. lib. 3. Ordinem veteris, col. 107. in versi. fallit tamen, dicens, quod fallit Regia illa decisio, ubi contractus esset celebratus bona fide, secundum terminos juris naturalis, & sic cessaret si aus & laesio, quo casu recipiens debitum exceptionem pro se allegare non posset, quia in eo foro non est curandum de apicibus iuris, sed de mera veritate, attenda aequitate & excluso rigore, ne quis locupletetur cum iactura aliena.

82 Tertio adduxi & allegauit in fauorem dicti licentiatu aequitatem, de qua in l. si me & Titium, & in l. si cum seu ff. si cert. pet. cum similib. ubi probatur, quod si res mea peruenit ad te sine causa, & cum ea factus sis locupletior, etiam si non habeam actionem ad eam, quia inter nos nullum negotium est gestum, ex quo oritur obligatio civilis nec naturalis, ad haec tamen ex aequitate illius. l. possum te coenire, & repetere rem mea conditione sine causa, vel incerti conditione generali, quae concurrunt cum ea: & ibi notat Bart. & ceteri communiter Dd. Ergo ita & eodem modo dicendum est in nostro casu, quod etiam si praedictae l. Regiae loquerentur in eo, & sic non esset obligatio civilis, nec naturalis, ex qua posset peti, ex aequitate tamen d. l. haberet locum repetitio.

83 Quarto allegauit, quod licet filiusfamilias cum bona conscientia possit opponere exceptionem Macedoniam, vt non soluat mutuum, quod accepit, etiam si ad id mutuum reddendum teneatur civiliter & naturaliter, vt testatur communem opinionem esse Ant. Gom. 2. tom. c. 6. de mutuo, nu. 2. & idem Ant. Gom. in l. 3. Taur. nu. 124.

84 Tamen id fallit, quod quocumque pecunia fuit conuersa in utilitatem filijfamilias, ad quam pater tenebatur, quia tunc pater & filius tenentur vtroque iure & in conscientia, secundum Ant. Gom. d. l. c. de mutuo, nu. 2. in 9. limitatione, in versi. ex quibus datur notabilis intelligentia: Ergo ita & eodem modo dicendum est in proposito, cum curator teneatur ex bonis & reditibus sui minoris ei providere de vestibus & alijs necessarijs, praecipue cum appellatione victus & alimentorum contineantur vestitus, vt in l. verbo uictus, ff. de verb. & rer. signif. Haec omnia supradicta, & alia deducuntur in fauorem d. licentiatu, dicti iudici Placentino, & licet antea erat dubius in hac causa post maximam reuolutionem librorum, vt mihi agenti cum eo de eodem negotio ipse significauit, postquam vidit hanc meam informationem iuris, & doctrinam Abbatis in c. filius noster, nu. 3. de test. ubi dicit, quod quando lex civilis fauet lucro in odium tertij, & continet quandam rigorem, non est seruanda in foro canonico: protulit aliam sententiam in causam confirmatori primae, & sic obrinuit, & illam doctrinam Abbatis, postea inueni, Felin. in cap. Ecclesia Sanctae Mariae, nu. 52. de constit. eam sequutum, maxime commendantiem

tem ad limitationem c. de nouo oper. nu. & ad pluralia, potest tamen aduerti, quod dicta doctrina Abbatis non multum coenit in hoc casu, quia dicitur lex Regia 22. est iusta & debet seruari in foro canonico, in casu, quo loquitur, sed nos non sumus nec loquimur in eo proprio casu, sed in alio diuerso, & si lex civilis in nostro casu, idem quod in illo disponderet, tunc haberet locum doctrina Abb. ubi sup. sed non videtur tunc necessaria, vel saltem expressa, quia in eo non loquitur d. l. Regia, licet adhuc optimum argumentum praestet in proposito.

86 Sed vt ad nostrum tex. in hac Auth. Sacram. puberum, & ad eius declarationem reuertamur, dum diximus, limitandum esse in contractibus inualidis alias ratione, quam minoris aetatis, etiam iuratis: hoc inferitur, quod cum remedium competentem ex l. 2. C. de rescind. vend. & in c. cum causa, de emt. & vend. cum similib. sit commune, etiam maioribus 25. annis, vt patet in dictis iuribus, & ibidem notant Dd. si minor iurauerit simpliciter non contravenire contractui, & ipse minor decipiatur in praedict. contractu iurato vltra dimidiam iusti pretij, minime cessabit exclusus ab illo remedio propter dictum iuramentum, praecipue cum generalis renuntiatio non impediatur remedium speciale, vt in l. sed & si quis, §. quasi ff. si quis cauit, & non videtur quos renuntiare iuri, quod ignorat sibi competere de quo non fuit actum, vt in l. mater decedens, ff. de offic. testam. & in l. Aquiliana, & in l. qui cum tutoribus, ff. de transact. & in terminis nostris ita tenet Alberic. in praesenti, & etiam Paulus de Castro nu. 10. Iacob. nu. 43. l. 1. §. 15. & tenent gloss. & ibi Doctores in d. c. cum causa, gloss. etiam in d. l. secunda, in gloss. magna in versi. uolo, secus dico in minore. & ibi eam sequuntur, & recipiunt Alber. nu. 9. Cyn. g. 6. Salus num. 22. Bart. num. 10. & ceteri communiter Doctores, & hanc opinionem sequitur etiam Petrus de Vnziola in tractatu de practica artis notariatus, sub Rubrica, an de contractibus suis teneantur puberes responderi, nu. 12. vol. 11. tractatu diuers. Doctorum, fol. 136. eandem etiam opinionem sequitur, & dicit communem plures referens Conar. de paci. in 6. 3. p. §. a. nu. 6. sequitur Gregor. Lopez. in d. l. 6. tit. 19. par. 6. in gloss. Por ratione de mener edad, & est communis, vt plures referens testatur Arias Pinell. in rep. d. l. 2. 3. p. c. 1. nu. 9. C. de rescind. vend. ubi Doct. Antonius de Padilla n. 31. plures referens testatur etiam esse communem, eandem etiam communem dicit Antonius Gomez. 2. tom. c. de restitutione minor. nu. 20.

87 Vbi inferit, quod si filius vel filia renuntiauit cum iuramento futurae successionis paternae vel maternae, aliquo pretio sibi dato vel promisso, & fuit deceptus vltra dimidiam iusti pretij, quia opulentam hereditatem pro modico dimisit, potest agere remedio dicti l. 2. C. de rescind. vend. quia tale iuramentum principaliter interponitur ad validitatem actus, qui de per se errat inualidus de iure, quia fit super hereditate & iure de futuro, & intentio iuris canonici, de quo in c. quamuis pactum, de paci. in 6. & partis iurantis est confirmare actu vel contractum iuramento respectu praedictae causae, non vero alia ratione: Ergo si vltra hoc interueniat deceptio vltra dimidiam iusti pretij, bene poterit agi remedio dicti l. 2. quia virtus iuramenti & intentio iurantis non extenditur ad aliud per supradicta, alias tres illationes ex supradictis deducit Anton. Gom. vbi sup. quae vide per ipsum.

88 Vnde cautela & remedium erit ad hoc, vt iuramentum comprehendat omnes defectus & lesiones, vt minor iuret non contravenire ratione minoris aetatis, nec lesiones vltra dimidiam, nec alia quacunque ratione, vt §. est dictum, & in specie dicti l. 2. tenet gl. ibidem gl. magna in d. ver. ibi, nisi & ipse iurasset, quae ibi sequitur Bart. n. 11. & ceteri post eum, & multi allegati

per Decium, cons. 403. n. 22. sequitur etiam Cotuar. & Petrus de Vnziola ubi supra, & idem Petrus de Vnziol. melius in dict. tractatu sub Rubrica. vltimus casus, in quo minor non restituitur, num. 6. fol. 138. & est communis opinio, vt plures allegas sequitur Arias Pinell. ubi supra, ubi ampliat ex communi opinione, etiam si expressa non sit renuntiatio lesiones, sed dicatur & iuret non contraueniri ratione aetatis, nec ex illa causa dicitur communem Alciat. in c. cum contingat, nu. 81. de iur. Hanc etiam opinionem testatur communem plures referens, & rationem differentiae inter hunc casum & praecedentem assignans Roland. a Valle cons. 59. n. 22. & sequentibus l. b. i. dicit communem Marian. Socin. lun. consil. 70. n. 19. l. 2. dicit magis communem idem Marian. Socin. cons. 48. n. 19. vol. 1. ubi nu. 20. dicit, quod tollitur etiam hoc casu nullitas, proueniens a prohibitione testatoris, & communem opin. sequitur alios allegans Aymon Crauet. cons. 114. nu. 9.

89 Ex quibus inferitur vt verus intellectus ad l. Regiam, §. 55. ad si. tit. 5. part. 9. quae disponit, vt maior 14. annis iurans contractum, non possit agere remedio lesiones vltra dimidiam iusti pretij, quia lex illa debet intelligi, quando maior 14. annis, iurauit non contravenire ratione maioris vel minoris valoris rei emtae vel venditae, & ita constat ex ipsamet. Isecus vero erit, quando maior 14. annis, minor autem 25. iurauit non contravenire ratione minoris etatis, vel iurauit simpliciter non contravenire, nulla expressa ratione, quia tantum intelligitur ratione minoris etatis, & ita legem illam interpretari sunt Greg. Lop. ibi in gl. Mayor de catore annos, & Ceuar. & Arias Pinell. ubi supra, vnde vt omnia comprehendat, iuramentum debet fieri & praestari modo suprad. in versi. praedicti.

90 His sic declaratis inferitur, nulla esse iam difficultatem neque contradictionem nostra authentice, cum d. l. 2. C. de rescind. vend. quia licet in praesenti dicatur, quod iuramenta puberum super contractibus reru suaru inuolubiler custodiatur, & in dicti l. 2. hoc limitatur, praeterquam si sit lesio vltra dimidiam, & hoc procedat etiam in casu dict. authent. quod contractus minoris 25. annis sit iuratus, vt supra est visum, non repugnant haec duo inter se, sed potius sunt diuersa & differentia, quia iuramentum in casu nostri tex. tantum cessatur appositum & validat contractum ratione minoris aetatis, & eius tantum ratione debet inuolubiler custodiri, vt inquit noster tex. non vero lesiones vltra dimidiam, vt §. est dictum, nisi verba iuramenti generalia & praegnantia essent apta comprehendere remedium dicti l. 2. vt late est dictum supra, & hic est verissimus intellectus horum iurium, nec erit bona responsio dicere, quod haec l. procedat ratione iuramenti, quod confirmat contractum, illa, quando non est iuratum, quia videmus, quod procedit, etiam si interueniat iuramentum, quando tantum interuenit ratione minoris aetatis, vel simpliciter.

91 Vnum tamen restat ex supradictis ad intellectum dicti l. 2. ad si. tit. 5. part. 5. dum loquitur in maiore 14. annis iurante non contravenire ratione maioris vel minoris pretij, quia si talis maior 14. annis esset minor 25. non sufficeret ad irreuocabilitatem contractus iuramentum, de quo in illa l. sed esset necessarium iuramentum, etiam se non contrauenturum ratione minoris aetatis, quia si hoc non iurat, licet minor 25. ann. non possit contravenire in casu dicti l. Regia, ex d. l. 2. C. de rescind. vend. poterit tamen tanquam minor venire aduersus contractum illum ex c. restitutionis in integrum, vel etiam abfque ea poterit inualidare contractum ratione minoris aetatis, quando contractus est talis naturae, quod fit nullus, tanquam celebratus sine auctoritate curatoris & decreto iudicis, vt in alienatione rei immobilis, M M M 3



vnde practicanda est suprad. cautela & remedium sumendum, quod supra dixi, vt maior 14. annis minor tamen 25. ann. semper iuret, se non contrauenturū ratione minoris etatis, nec alia quacunque ratione, vel causa.

92 Superioribus addendū est, quod adhuc eo casu, quo iuramentum maioris vel minoris 25. ann. comprehendat minorem etatem & læsionem vltra dimidiā iusti pretii, vel rescissionē contractus quacunque alia ratione, si læsio enormissima interueniat, poterit impetrata prius absolute iuramento præfesto contractus rescindi, & est iusta causa eū rescindēdi enormissima læsio, & sic hoc modo limitatur supradicta cautela & remediū datū & assignatū, vt latissime plures referens tradit Alciat. in dicit. cum contingat numero 77. in fine & sequentibus, vbi late probat p & contra, ampliat & limitat, & Couar. vbi s. n. 3. 7. & 8. & Arias Pinell vbi s. n. 7. & 8. & Greg. Lopez in d. gl. Mayor de cat. 7. e. annos, & dominus meus in d. l. 2. n. 43 & 44 C. de rescind. vend. testatur communem Marian Soc. lun. conf. 47. n. 40. & sequentibus in 3. part. consil. sequitur idem conf. 53. n. 2. & 3. li. 1. & conf. 48. n. 23. d. li. 1. restatur communē, & ab ea non esse recedendum in iudicando & consulendo, Decius conf. 8. n. 7. qui est videndus a n. 3. & eam dicit magis communem plures allegans Curt. Iun. conf. 141. per totum, & Roland. à Valle, plures referens conf. 59. n. 25. & 26. li. 1. conf. & idem Couarr. li. 2. variar. res. sol. c. 4. n. 5. apud quos est videndum, quomodo sit consideranda hæc enormissima læsio, quia late id agunt, & plurimos Dd. referunt, & ideo hic id non examino, eandem etiam opinionem, quod hæc auth. limitetur, qñ interuenit enormissima læsio, plures allegans pro & contra, bene probans sequitur & defendit Matthæus de Affl. etis decif. Neapolit. 322. nu. 8. & sequentibus, vbi dicit ita fuisse vocatum & determinatum in consilio Neapolit. vbi inquit, quod licet hoc casu absolutio iuramenti tantum sit concessa ad effectum agendi, operatur etiam rescissionem contractus, probata læsione enormissima cum citatione partis aduersæ, & sibi etiam ponit vnum casum enormissimæ læsionis, quem videt; Idem enim est enormissima læsio, & dolus re ipsa, vt multis probant Parisius & alij congesti nouissime per Menoch. de arbitrar. iudic. li. 1. quaest. 71. n. 18. eandem principalem opinionem & sententiam sequuntur & testantur communem & magis communem plurimi relati per D. Burgos de Paz conf. 28. n. 11. & sequentibus, vbi affirmat, quod secundum hanc sententiam, quotidie in Pinciano Regio prætorio iudicatur, & quod habet maximam æquitatem, debet tamen probari hæc enormissima læsio secundum eundem conf. 4. n. 4. idem tamen Doct. Burg. de Paz conf. 3. nu. 20. refert plures tenentes & dicentes, communem opinionem esse contrariam, nempe, quod contractus iuratus rescindi minime possit prætextu læsionis enormissimæ in terminis huius aut. Sacramenta puberum, quā sententiam ipse ibi, & n. sequentibus. in casu illius consilij diuersis rationibus atq; his specialibus concurrētibus, pbat, eandē etiam dicit communem idem conf. 5. n. 7. dicit, maxime eam procedere in renuntiatione legitimæ patris viuentis, etiam data dict. enormissima læsione, sed quod hoc casu habeat locum dispositio tex. nostri, vt tenent plures Doct. quos ibi refert, quia est ius quærendum, & poterat renuntians prius mori, quam pater, similiter eius pater viuens potuisset bona sua consumere & de eis ad libitum disponere, regulariter tamen prior sententia receptissima est tenenda.

93 Addit in super Couar. vbi supra n. 7. aliam limitationem ad nostrum text. & ad suprad. in læsione maioris vel minori contingere vltra dimidiā iustæ est

macionis, simul cum metu reuerentiali & obsequio paterno aut maritali, quia hæc duo simul operantur contractus rescissionē ratione metus, licet iuramentū conuentioni accesserit, ea ratione, quia dolus præsumitur in ea cōuentione adhibitus, & oppressio quædā saltem reuerentia patris vel mariti, alioquin non est verosimile, quod rāte læsioni filius filiaue, vel vxor consensisset, vt ipse ibi probat, & inquit, eus se quoq; meminisse lib. 4. de spons. 2. part. c. 3. §. 6. n. 4. & vltra eū inuenio, quod eandem opinionē tenet etiam Alciat. in d. c. cum contingat. n. 2. & iterum n. 81. Ignatus Salded. in adnotat. ad reg. 332. Bern. Diaz. limit. 1. ¶ Quia licet solus metus reuerentialis patris vel mariti non sit sufficiens ad hæc rescissionem fiendam, vt tenent Dd. in c. causam matrimonij, de offic. deleg. Abb. & ceteri in d. c. cum contingat, vbi Alciat. n. 1. restatur, hanc esse communem opin. tamen si cum hoc metu reuerentiali adfit præd. enormis læsio, bene potest rescindi contractus iuratus, impetrata prius absolute iuramento, secundum supra relatos, & plures referentem D. Burg. de Paz vbi sup. n. 20. quamvis idem auctor d. conf. 5. nu. 11. referat, contrariam sententiam esse communem & tenendam, alios allegans, loquens etiam in metu reuerentiali adjuncto enormissimæ læsioni, & ita vidi iam in facti contingentia vti hoc remedio hic Placētia per quendam nobilem. ¶ Sed in proposito conuenit examinare: An data enormissima læsione in aliquo contractu iurato, expedito iam, quod propter eam potest & debet rescindi huiusmodi contractus iuratus, an sit necessarium, vt prius petatur relaxatio seu absolutio iuramenti, an vero absq; ea sine reatu perijurij possit contraueniri cōtractui ratione prædictæ enormissimæ læsionis? In quo dubio videtur primo, quod possit agi absq; relaxatione iuramenti, quia cum adest huiusmodi læsio, præsumitur dolus & fraus interuenisse, arg. text. in l. Lucius, §. omnes. ff. qua in fraud. credit. & tradit bene Alciat. in d. c. cum contingat. n. 77. ¶ Sed quado adest dolus in contractu iurato, iuramentū nō obligat, sed est nullius momēti, vt probat tex. in præfenti, & tenent Dd. hic, tex. expressus in c. quamvis pactū, de pact. in 6. & ibi Couar. in 3. par. relecl. §. 4. n. 2. & nō inuenio, quod hanc opinionē sc. vt d. enormissima læsione nō requiratur iuramenti relaxatio ad hoc, vt possit contraueniri cōtractui iurato, tenet Casan. conf. 31. & Ioan. de Amicis conf. 31. n. 42 & est communis opinio secund. Ia. conf. 133. n. 8. lib. 4. & eam sequuntur plures Dd. relati per Arias Pinell. in repet. l. 2. C. de rescind. vend. 1. par. c. 1. n. 8. vbi inter alios refert Philip. Dec. conf. 379. col. 2. dicentē hanc opinionē esse magis communē, & idem veteres receptus concludisse videtur, vt per multas auctoritates demonstrat Portius, quem refert Rol. à Valle nouissime cōf. 60. n. 68. lib. 4. vbi eam tenet & dicit veram, idē Rol. à Valle conf. 59. n. 27. lib. 1. & in minore jurante, læsio enormissimæ, eandem sententiam plures referens probat Burg. de Paz d. conf. 28. n. 17. ¶ Sed t̄ his non obstantibus, contraria sententia verior & securior est in animæ iudicio, & communis, imo quod etiam hoc casu sit necessaria iuramenti relaxatio: alias n. perjurus esset, quia absq; præd. absolute iuramento & relaxatione cōtra iuramentū veniret, quia licet qñ dolus adest in læsione, iuramentū non sit seruandum neq; obliget, tamē hoc intelligitur de dolo vero, vt probatur in iurib. supra adduct. & allegatis, secus vero est in dolo præsupposito ex enormissima læsione, quia hoc casu huiusm. præsumtio nō admittēda in animæ iudicio, nec etiā in foro iudiciali canonico cōsulto de veritate, iuxta c. veritate 8. dist. 1. & in materia concernenti peccatum, proce est hæc, standum est etiam in foro ciuili dispositioni juris canonici, vt in cap. final. cum similibus de prescrip. & ita inuenio, quod hanc secundam opinionem tenent

tenent & præsupponunt pro vera & comuni Abbas. in d. c. cum contingat. n. 21. & 23. & Jacob. de Sanct. Georg. in presenti, & Matth. de Affl. dec. Neapol. 312. n. 9. & sequ. & Couar. de pact. in 6. 2. par. relecl. §. 4. nu. 3. & eam testatur communem Paul. Paris. conf. 45. nu. 51. vol. 1. & eum referens & alios plures, qui eam sequuntur, dicit opinionem hanc secundam veriorē & tutiorē esse Arias Pinell. vbi s. d. n. 8. & petendam esse hoc casu prædict. relaxationem consulit cum Socin. Rolandus à Valle conf. 59. n. 27. lib. 1. & tenent plures secund. Burg. de Paz d. conf. 2. nu. 20. in fin. atque ita in praxi semper fieri video, vt petatur prius absolutio & relaxatio à iuramento etiam si enormissima sit læsio, quæ præceditur, & non vidi hucusq; agi contra iuramentū hoc est, aduersus contractum iuratum, sine præd. absolute iuramento, saltem sciētē, & profecto si ego essem aduocatus in huiusmodi causa, non cōsulerem, vt ageretur ad rescissionem cōtractus iurati, absq; eo, quod prius petatur & impetretur absolutio à iuramento contractus, & si essem iudex, non admittēre huiusmodi petitionem, cōsulto mihi de iuramento petentis super contractu, nisi prius ostenderet absolute iuramento & relaxationem ipsius iuramenti. Quomodo enim, cū presentatur petitio seu libellus contra huiusmodi contractum iuratum, allegando enormissimam læsionē, potest iudex ipse scire vel intelligere, an illud sit verum verari scilicet enormissimam læsionem in contractu illo iurato, necne, antequam id probetur? cum, etiam si probetur, habeamus communem opinionem veriorē & securiorē & seruandam in vtroq; foro, quod etiam si sit enormissima læsio, debeat præcedere iuramenti relaxatio, ad hoc, vt aduersus contractum possit agi: Et ita concludo in hoc, sine dubio iudicem minime debere admittere huiusmodi petitionem à principio, absq; eo, q̄ constat de iuramenti ipsius relaxatione, quia iudex ex officio suo potest & debet repellere agentem sine aetione, iuxta gl. communiter approbatam in l. vbi pact. C. de transact. maxime in hoc casu, quod datur occasio perijurij, quia sicut res iudicata & transactio impediunt litis ingressum & progressum, vt in c. de lit. contest. in 6. ita etiam & iuramentum debet impedire, quia iuramentum speciē transactionis continet, & maiorem auctoritatem habet, quam res iudicata. Si vero admittatur huiusmodi petitio, & postea tempore sententiæ diffinitivæ serēde non constet de relaxatione iuramenti, tunc seruanda est secunda opinio supradicta verior & communis, quod expellatur pars agens de iudicio, & non audiatur, & ita est intelligenda hæc materia.

97 ¶ Quod igitur prædabitur remedium, seu quæ cautela hoc casu ad excludendam enormissimam læsionem, quandoquidem iuramentum non sufficit, vt supra vidimus. Et Ant. Gom. 2. tom. c. de restit. minor. n. 20. prope si in versu tertio infero, huic quæstioni satisfacit dicendo, quod in prædictis casibus contineatur in iuramento, quod non possit contrahens venire aduersus cōtractum, etiam ratione enormissimæ læsionis, vel alia quavis causa; Nam hoc casu, vt ipse infer, neminem referens, non poterit annullari vel rescindi cōtractus remedio d. l. 2. C. de rescind. vendit. nec alio quouis remedio, & ideo admonet contrahentes & tabelliones in hoc esse cautos, vt secundum eorum intentionem verba ponantur, sequitur plures referens D. Burg. de Paz. conf. 2. nu. 27. quæ opinio videtur teneri per gl. & communiter doctores in d. l. 2. dum tenet, quod supra est dictum, scilicet, quod si iuret non veniri aduersus contractum, etiam ratione læsionis vltra dimidiā, nec alia quacunque ratione non poterit rescindi prædict. contractus.

98 Sed nihilominus t̄ in nostro casu, salua pace tanti

viri, contractum cenfeo esse tenendum, imo quod etiam si renuntietur cum iuramento enormissimæ læsioni, adhuc tamē si ipsa interueniat possit ab ea rescindi contractus, impetrata prius absolute iuramento, vt tenet bene fundans Alciat. in d. c. cum contingat. nu. 87. & 88. præcipue, quia qua facilitate contraxit eadem præsumitur dicta verba apposuisse, argum. l. doli, §. diuersum. ff. de non. & Alciat. vbi supra, d. n. 88. cum Abbare ampliat, etiam si esset maior, qui cum iuramento renuntiauit enormissimæ læsioni, & hoc late probat & defendit, neque obstat communis opinio gloss. & Doctorum in d. l. 2. supra relata pro prima opinione, quia ea procedit in enormi læsione, quæ etiam est vltra dimidiā, non vero in enormissima considerata, secundum id, quod dicunt Doctores vbi supra, & ita resideo in hac opinione saluo iudicio sententis, & in fauorem huius sententiæ refert plura fundans Aymon. Crauet. conf. 192. incip. casus ita nu. 10. quem & alios eos referens eandem probauit Burg. de Paz. conf. 18. nu. 19.

99 Sed excluso hoc remedio, restat aliud, scil. quando renuntiatio hereditatis paternæ delatæ vel deferendæ facta à filia, etiam minore viginti quinque annis fuerit geminata, iuramento præfesto; quia hoc casu non poterit rescindi prætextu grauissimæ læsionis, cui per geminationem renuntiatum esse præsumitur, argumento text. in authent. sue à me. & in l. si mulier, La segunda, C. ad Senatusconsultum Velleian. quibus conlonat l. 3. tit. 12. par. 9. ¶ Vbi probatur, quod licet mulier fideiubendo pro alio non obligetur in effectu quia sibi competit exceptio Velleiani, vt in toto titul. C. & ff. ad Velleian. tamen si bis id faciat pro eadem causa, bene obligatur cessat Velleianum: Ergo ita & eodem modo videtur dicendum in nostro casu, vt geminata renuntiatio enormissimæ læsionis eam excludat, quia duo vincula fortiora sunt vno, vt in leg. Ballista ff. ad Trebell. & plura de verbis geminatis tradit Corsetus in tract. de verbo geminatis & Hippolyt. in l. 1. nu. 38. & sequ. C. ad l. Cornel. de Sicar. & in terminis nostris hanc opinionem tenet Philippus Decius conf. 181. col. penult. & ff. & Alciat. in d. c. cum contingat. na. 89. de iureiur. & Couar. vbi supra in d. c. quamvis pactum, 3. p. §. 4. nu. 6. ad si quem & alios pro & contra refert nouissime Ludouic. Mexia in l. Reg. Tol. de restit. termin. loquentem in 4. fundament. 1. par. nu. 17. vbi ipse tenet mediam opinionem.

Sed si bene consideremus text. in d. legib. sue à me & si mulier, non ita simpliciter loquuntur, sed quotiescūq; mulier post primam intercessionem à se factam biennio jam elapso, fecit secundam intercessionē pro eadem causa, vel dedit pignus vel intercessorē, quia tunc jam oritur iuris præsumtio, quod in suā vtilitate debitum cedit ex huiusmodi temporis prolixitate iuxta geminationem suę obligationis, quod secus erit, si intra biennium id faciat, quia tunc eadem conscientia fragilitatis, qua prius intercessit, in secundam iacturā incidere præsumitur, ac perinde non tenetur, vt in d. l. si mulier, & in l. doli, §. diuersum. ff. de nou. & in l. 1. §. si oneranda, vers. sed si post interuallum. ff. quar. rerum. actio non detur, vnde ita videtur dicendum in proposito nostro, vt ita demum procedat hæc renuntiatio enormissimæ læsionis, & effectum habeat, si inter primam & secundam renuntiationem biennium intercesserit, secus si in eodem instrumēto id fiat, vel post intra biennium, cum leges, in quib. se fundant Dd. in hoc casu loquantur, quia dictum D. seu gl. debet intelligi secundum Coram, quam allegat, vt tenet Bar. in l. non solum, §. si liberationis verba, n. 7. ff. de liber. & leg. & alij doctores, & ita in terminis nostris intelligit rem hanc Alciat. vbi supra, sed adhuc Burg. de Paz vbi s. d.